IN

EFFIGIEM

THORMODI TORFÆI

UNA CUM

TORFÆANIS

ID EST

IPSIUS

IN

SERIEM REGUM DANIÆ

NOTIS ET INDICE,

UNACUM

EJUSDEM EPISTOLIS

A VIRO

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO

DNO. *PETRO FRIDERICO SUHM*,

IN LUCEM EDITAM

SEQVENTI EPIGRAMMATE

ASSURGIT

G. P.

Gunnerus Pauli.

HAFNIÆ 1777.

LITERIS *SIMMELKIÆRIANIS*.

Torfæi in tenebris latitantem tempore longo

Edidit in lucem SUHMIUS Effigiem.

Ipse qvidem ediderat Torfæus lumina mentis,

Et præclari animi pignora certa sui.

Hic vero Magnus Vir junctim sistit utrumqve,

Et simul Ipse Suam Suhmius Effigiem.

Sic gaudet similis simili, laudatqve libenter:

Et tales laudent gaudia mille viros.

IN

REMORAS

EDITIONI

SERIEI REGUM DANIÆ TORFÆANÆ

SESE OBJICIENTES.

Absqve dolore insfans ut nunqvam nascitur ullus
Cum qvo gestatus jam fuit ante diu,
Sic post scribendi componendiqve laborem
Haud facile in lucem prodiit iste liber.
Optimus iste liber, qvæ nunc obstacula Magnus
Prodidit ERICIUS, tædia longa nimis.
O fatum indignum! qvo talia Scripta premuntur,
Et lucem haud meritam deteriora vident.
Spernitur orator bonus, horridu, miles amatur:
Talibus exundant plurima judiciis.
Atqve utinam saperent mortalia pectora tandem, &
Vilibus abjectis optima seligerent!
Sic Spes humanis certa est melius fore rebus
Sic merita dignus laude fruetur homo.
Et nos solemur: præclari gloria facti
Auctorem nunqvam candida destituet.
Vendunt rara Dii care: *Sic itur ad astra*,
Qvomodo TORFÆUS, SUHMJUS, ERICIUS.